



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Capvt I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](#)



SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM secundum Matthæum.

CAPVT PRIMVM.

IB E R generationis Iesu Christi filii David, Filii Abraham. 2. Abramam genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Iudam, & fratres eius. 3. Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. 4. Aram autem genuit Amminadab. Amminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. 5. Salmon autem genuit Booz de Rabab. Booz autem genuit Obed. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit David regem. 6. David autem Rex genuit Salomon ex ea quæ fuit Vria. 7. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abias autem genuit Asa. 8. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. 9. Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. 10. Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. 11. Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. 12. Et post transmigrationem Babylonis: Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. 13. Zorobabel autem genuit Abiud. 14. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. 15. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. 16. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. 17. Iacob autem genuit Ioseph virum Marie, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. 18. Omnes itaque generationes ab Abramam usque ad David, generationes quatuordecim: & a David usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & a transmigratione Babylonis usque ad Christum generationes quatuordecim. 19. Christi autem generatio sic erat: Cum esset despousata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto. 20. Ioseph autem vir eius cum esset iustus & voluit eam traducere: voluit occulite dimittere eam. 21. Hac autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei dicens: Ioseph fili David, noli timere a capite Mariam coniugem tuam: quod enim in canatum est, de Spiritu sancto est. 22. pariet autem filium: & vocabis nomen eius IESVM: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. 23. Ecce virgo in vite totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem. 24. Exurgens autem Ioseph a somno, fecit sicut precepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam. 25. Ioseph non cognoscens eam donec penerit filium suum primogenitum: & vocavit nomen eius IESVM.

IN CAPVT PRIMVM

ARGVMEN TVM.

PRIMO capite describit Christi Genealogiam secundum carnem, ab Abrahamo usque ad Iosephum, qui pater eius putabatur. Deinde eiusdem redemptoris nativitatem in civitate David, ab Isaia propheta iam olim predictam, & Iosepho per Iosannum reuolatam. In Syriaca Ecclesia legitur a primo verso usque ad 18. à Dominica quæ nativitatem antecedit, קֶרְבָּן בְּשֵׁבָתְךָ יְהוָה, dehinc bechabba kedani aleda, Domini ea ante nativitatem, à versu 18. ad finem positus est titulus קֶרְבָּן יְהוָה גָּלִילָה Galenath dei Ioseph, relatione Ioseph. Cum vero tituli in Syro, non sint tam argumenta eorum quæ sequuntur, sed

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

A

Indicia

indicia ritus alicuius Ecclesiastici, ut Ieiunii, aut diei festi, apparer singulari cærimoniâ hanc reuelationem fuisse in illa Ecclesia solennem, & pro Euangeliô hunc textum legi solitum.

VERVS I.

Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham.

QVÆSTIO I.

Quod Matthei institutum fuerit in scribenda hisloria Euangelica?

S. i. Vniuersæ quidem Ecclesiæ, in suæ tamen gentis præcipue gratiam Euangeliū scripsiſſe Matthæum idq; vernacula Syrorum lingua ſupra docui. Exordio autem ſuo oſtendit, generationem Christi ſecundum carnem ſe ſuſcepitiſſe narrandam. Ut monet Auguſtinus lib. 1. de conſenſu Euangeliū Chrītū cap. 1. Et ne plures auſtores nominandi

Matthei ſcopus, in hac genealogia Chrītū ſi genus oſtendit.

ſint, copia facit, omnes enim veteres, & recentiores conſentiantur. Idcirco enim vocat βιβλον της γενεωτικης libellum, quo nomina genealogia recenſentur. Vti Gen. 5. 1. Ζε Σεφερ, ille liber, ſeu Catalogus generationis Adam, ad cuius imitationem Euangeliū ſuum Matthæus expreſſit, niſi quod progenitorum Christi nomina Matthæus, posterorum Adami Moſes posuit, numerationem crebro apud Hebreos ſignificat. vt 2. Par. 2. 17. Literas etiam quacunque, & Epiftolas, vt 4. Reg. 5. 2. Reg. 5. 6. & 22. 13. Syrus textus habet קתָבָה Kethaba, quod generaliter omnem Scripturam ſignificat. Scriptū igitur Matthæus Christi incarnationem, ſecundum ſtriptem regiam, & pleraꝝ ſecundum praefitem hominum vitam eius facta, & dicta: vt Auguſtinus lib. 1. cap. 2. de conf. Euang. Qua quidem in re ſaluti Iudeorum apprime conſultum erat. Cum enim in omnium animis facta ciuiſ, ac dicta viuerent, cum Apoſtoli Christum magno animo prædicarent, ſermonem Domino conſtrumento ſequentiibus ſignis, manebat tamen in Iſraelitarum animis de eius genere dubitatio, quam callide Pharisei, veritatem in iniuſtitia detinentes, fouebant: quod enim Nazareti educatus eſſet, Meſſiam eſſe negabant, quem ex urbe Bethlehem, de genere

Necesse erat Regium Christi genitorem cognoscere.

Pharisei contra na- Pharisæi Davidis naſciturum Prophetarum oraculis prædi- contra na- & cum erat. Hinc Ioan. 1. 46. Nathanael quexit; AN- tales Christi zareth potest aliquid boniſſe? Primus viti docti ſcrupu- primum lus eſt, quia dicte uelle à Nazareth; & à Prophetarum excepunt, rum eiogius patra diſcrepare videretur. Nec aliſe Iudei Ioan. 7. 41. diſceptant. Quidam autem diſcent: Nūquid à Galilæa venit Christus? Nunquid Scriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & de caſtello vbi erat Dauid, venit Christus? Nec modo populus, quem Pharisei & ſcribe male di- ceant appellant, Ioan. 7. 49. ſed priuicium etiam ſen- tenia erat. Adeo ut illo præiudicio Christum inaudiu- dum damnarent. Cum enim Nicodemus occulitus e- ius defenſor, & patronus negaret, incognita cauſa Christum damnum datur; Concilium, quaſi liquida cauſa eſſet, & notoria; omnibus Christi factis, dictisq; natales opponit. Reſponderunt, & dixerunt ei. Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare, & vide, quia à Galilæa Prophetā non ſurgit. Ioan. 7. 52. Cum igitur omnibus conſtarerit, Christum ex Bethlehem, & de domo Dauid naſciturum; omnes etiam certo ſcirent, in Galilæa edocatum: Hoc negocium Matthæus, & Lucas ſibi traſtantum ſuſcepient, vt ex familia Dauid oriundum ostenderent, & Dominum nobilitati ſuſtinent. Quod quidem illo tempore, ex tablinis, librisque, tum viuis testibus perſaſile factu erat. Mira ſane Doctorum vel negligentia, vel stupor, de tanti Prophetā natalibus non inquirere, ſed euorem ſuum perpetuo fouere.

S. 2. Hoc Euangeliſtæ exordio omnes illi, qui ve- ram eius humanam natuſatē carnemq; negarunt, probatiſſe refutantur. Inter alios id olim Valentinius docuit. Epiſtola humani- phan. hærc. 11. August. hærc. 11. Christum per Maria, & Iacobus Mag. vt canalem transiſſe. Et Apelles corpus ex elemētis thauri, aſſumpſiſſe. Alii veram carnem eius negarunt, ali commentitium Christum aſſertuerunt. Videndus Ter- tullianus de carne Christi. vbi illos, & Marciōnem, Saturninum, aliosque refutat. omnes illos, etiam fanēti Patres, hoc Matthæi elogio reuicerunt. Sie- nim filius Abraham eſt, ſi filius Dauid, ſi natuſus de Ma- ria Virgine; ſi hæc eſt ſeries generationis illius, quo- modo aut corpus non habet, aut aliunde, quam ab hi- ſe genitoribus habet? Eodem tuto aduelarios ferit Athanasius de incarnatione Christi. Sed exterminare Qui corpuſ cupiſſi robaſulum corporis, nego ſolerare patet, ſi deinceps homi- Chriſti no- nem appellari, qui ſteri potest, vt diuinas Scripturas legiſſe vi- gant, ſcri- deamini: cum Matthæuſ ſribat. Liber generationis Iesu Chriſti pueruſi filii Dauid, filii Abraham? Quin & ante illos Iren. lib. 18. aduersus hærces.

Eandem illam viam ingrediſſi fuſt, qui noſtro tem- pote, & Patrum, contra Schwenckfeldium, Mennone, Seruetum, Anabaptistas Monasterienses, aliosq; ſcri- plerunt. De quibus alibi commodior agendiratio.

S. 3. Maior etiam cura antiquis adhibita eft; ne Multi dum ſolam generationem humanam in Euangeliō le- humanam, incauti diuinitatem impugnat. Quæ quidem Chriſtige- opinio inter primos errores caput extulit, nam & Iu- nealogiam dei lapides tulerunt, vt iaceant in eum, quod ſe Deum dice- legunt, di- ret. Et præcipuum ultimi ſupplicii elogium edide- uitatem runt: Quod filium Dei ſe feciſſe. Secutus mox Ceri- negant, thus, vt Iren. lib. 1. cap. 25, qui Christum purum hominem; Ebion qui in cœlo crea- um aſſertuſ; alioque: quoſ contra Tercull. lib. de p̄ſcript. cap. 43. Monuit hoc Nouatianus adhuc preſbyter, adhuc in Ecclesiā militans. Eadem regula Veritatis docet nos, credere poſt Pa- Chriſtus trem etiam in Filium Dei Chriſtum Iesum Dominum Deum antequam noſtrum ſed Dei Filium, huic Dei, qui & vnuſ & ſolum eſt, con- de Virgin ditor ſcilicet rerum omnium, vt iam ſuperius expreſſum eſt, naſceretur. Hunc enim Iesum Chriſtum iterum dicam huic Filium, ſecundum & in veteri Teſtamento legimus eſſe reprobmiſum, & in novo per omnia Teſtamento animaduertimus exhibiſſum, omnium Sacra- men- torum umbras, & figuræ de praefentia corpora et veritati im- plenem. Hunc enim Abraha Filium, hunc Dauid, hunc non minuſ & vetera predi- & Euangeliſtæ teſtantur. Henc ipſa Genesiſ, quoniam dicit, Tibi dabo & ſemini tuo. Hunc quando luſtatum oſtendit hominem cum Iacob. Hunc quando dicit, Non deficit Princeps de Iudea, nego dax defenorib⁹ eius, donec veniatū cuipromiſſum eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Hunc Moysi, quoniam dicit, provide alium quem mittas. Hunc idem, quando eſtatur, Propheten vobis dicendo ſuſcitabit Deus ex fratrib⁹ vobis: eum quaſi me audite. Hunc quando dicit, Videlib⁹ ritam reſtrampendent nocte ac die, & non credi- te ei. Et deinde. Verumne ex hoc quod Dominum noſtrum Iesum Chriſtum Dei creatoris Filium in ſubſtantia veri corpo- ri exhibiſſum adferimus, alii hereti. iſi hoc loco hominem- tantum & ſolum defendantibus, atque video hominem illum nu- dum & ſolitariuſ probare cupiuntibus, aut manu dediſſe, aut loquenti materiali coniumentiſſe vidcamur, non ſic de ſu- ſtantia corporis ipſius exprimimus, vt ſolum iantum hominem illum eſſe dicamus; ſed ut diuinitate ſermonis in iipaſa concre- tione permixta, etiam Deum illum ſecundum Scripturas eſſe retenemus. Eſt enim periculum grande, Saluatorē generis hu- mani, totius Dominum & Principem mīcadi, cui a ſuo Patre omnia tradita ſunt. & cuncta confeſſa; per quem inſtituta ſunt in iuuen- tate, creatu- ſe tota, digeſta ſunt cuncta, auctorū omniū & temporum Regem, Angelorum omnium Principem, ante quen

quem nibil præter Patrem, hominem tantummodo dicere & autoritatem illi diuinam in his abnegare. Hæc enim contumelia hereticorum ad ipsum quoque Deum Patrem redundabit, si Deus Pater Filium Deum generare non potuit. Sed enim veritati, exigitas haricorum nulla praescriber. Nec quoniam in Christo aliquid non tenet, alterum vident, alterum non vident, eripitur nobis illud quod non vident, per illud quod vident. Quasi hominis enim in illo fragilitates considerant, quasi Dei virtutes non computant, infirmitatis carnis recolunt, potestes diuinitatis excludant.

§. 4. Vera igitur fides hominem constitutur, & Deum adorat. Diuinitatem ita probavit verbis Christus & operibus, ut qui elei erant ad vitam æternam credidit int, qui credere nolier. Int facti sunt inexcu-sabiles. Humanitas etiam, & Regium genus de radiis David, haec cognitum Iudeus fuit, ut nemo tempore mortis illius dubitarat. Vix totius populi ramos ferentes vocatur filius David. Nec quicquam vel apud præsidem, vel populum accusatores, de genere illius attulerunt, cum tamen ira fragibili arguento impulsa cum conuincere potuerit, fid probasset. Certum itaque era genit & familia. Nam si id dubium fuisset, Pharisei non modo excusari potuerint, sed etiam invicto argumento probassent, non esse Messiam.

§. 5. Leue est quod Faustus Manichæus obiicit, Liber generationis Iesu Christi filii David. Non ergo Liber Euangelii Iesu Christi, sed Liber generationis. Matthæus improbum iudicauit; Genealogiam dicere Euangelium. Quia vero Stella inducit, que confirmat Genesim melius vocari Genesidum. Cui respondet lib. 2. cap. 2. Augustinus, Generationem Christi ad Euangelium pertinente, ex Timoth. 2. 8. Ex semine David secundum Euangelium meum. Etis vero hunc nuncium omnium lætissimum. Quod si verba fabricari delectet, posse & Ioannis Euangelium ab eo vocari Verbidum, quia dicit: In principio erat verbum.

VERVS 5.

*Salmon autem genuit Booz
de Raab.*

QVÆSTIO I.

*An veteri Testamento consentiat Booz
generatio?*

§. 1. M *ysterium magnum, & mirum pignus di-*
uina misericordia. Ex vrbe perditissima,
tempaturus expeccato-
nus nasci minus malis, sed merceritern feruauit Deus. Fidelis ser-
mo & omni acceptione dignus, quod Iesus Christus venit in
mundum peccatores saluos facere. Nemo miretur, sed potius dicat, quod fateri Apostolus non erubuit: Quo-
rum primus ego sum. Nemo indigneretur Principem nobilissime tribus publicum sibi Scortum matrimonio iuxisse, cum Christum videat, in genealogia sua catenis præteritis tres impudicas mulieres potius iussisse. Non est hoc inquam mirum, sed mysterio plenum: venerat enim afflumere naturam humanam, naturam apostolicam, que se diabolō prostituerat. Gentium Ecclesiam collectus erat, cuius salus in hac meretrice figurabatur. Rahab in populum electum inulta, primario Duci nubit, inter matronas suis aletidas splen-didior incedit, nec quæstus corporis opprobrio est, tot liberas, Regum, & tandem Christi Domini mari. Augustinus in Psalm. 89. Memor ero, inquit, Raab. Quia ista est? Meretrix illa in Hiericho, Meretrix que suscepit nuncios, & a Adamo Conzen in Euan. Tom. I.

lia via eiecit, que presumpsit in promissione, qua timuit Deum, cui dictum est ut per fenestrā mitteret coccum, id est, ut in fronte haberet signum sanguinis Christi. Salvata est ibi, & Eccleiam genitum significauit. Vnde Dominus superbiens Pharisæos dixit: Amen dico vobis, publicani & meretrixes præcedunt vos in regnum celorum. Precedunt, quia viam faciunt. Impellunt credendo, & cedunt fidei, nec obfistere potest quisquam, quia qui viam faciunt, diripiunt illud.

§. 2. De hac ferie grauis est, & à multis proposita difficultas, quantum veteres, cum Abul. nisi adducit, cultas for- & dissolut. In temporum igitur calculo latet diffi-cunda sen-tula. Templum ædificatum est anno 480. egressus ètutis in ge-filiorum Israël ex Ægypto. Sunto ergo.

Ab exitu ad templum 480. nealogia
Hinc demendia aliquot anni ut nativitatis series in-
telligatur.

Ab exitu ad captam Jericho	40.
Ab oīru Duidis ad mortem eius	70.
Ab initio regni Salomonis ad templum	4.
Summa annorum	II 4.
Qua libiducta ex	480.
Superstunt anni	366.

Hoc tempus ispacium in Salmonem, Booz, Obed, Iesse distribuendum est. Dicendumque hoc vel simili modo rem habere. Salmonem 66. annos post capita letichunta genuisse Booz, illum deinde & alios centenarios genuisse filios. Et si vni quipiam dematur, alteri addendum esse. Hanc in sententiam multi convenient, nec magnopere mouet, quod extremæ senectuti fecunditatem tribuunt, cum Abraham annos centum quadraginta natus filios habuerit, nec causa fuerit ut non, & Iudicum quo multi longevi es-
se potuerint. Exempla multi vetera, & recentia adse- Longeuita-
ruat. Plinius lib. 7. natur. historiæ cap. 48. Quamvis tu comes
Romani quos memorat, non multum exceſſe: int an- secundus.
num centesimum. Atque ita in hac quidem causa dif-
ficultas nulla est, si numerus ille, de quo agimus, ve-
rū indice ut, verum quia de annis inter egressum &
templi initium disceptatur inter auctores, noua argu-
menta concu-runt. De annis enim inter exitum ex
Ægypto, & templi restorationem interpositis varia
est sententia. Pæcepto meus Nicolaus Serarius in 3.
Reg. c. 7. lectiones aut opiniones septendecim recet: Tandem coeludit à primo exitu ex Ægypto ad incho-
tam templi ædificationē annos esse 680. à quib. si de-
trahas 114. supererunt 566. inter hos diuidendi: mul- Anni ab exi-
to itaque maius spacium concedendum est illis, quos tu ad tem-
plicis Christi progenitoribus. Neque tamen video plurime vari-
e cut id fieri nequeat, si consideremus multos etiam computati-
post illos vixisse diutius. Tanto post Gorgias Leonti-
nus vegeta senectat fuit, & vt Cælius ait p. besciente,
cum annum 108. attigisset, causam ille reddebat: quod
voluptatis causa nihil vñquam egisset. Cur non igitur
& hi centum quinquaginta annos, aut plures vivere
non valeant? Natura fortis, sobria, pii, Dei adiutorio
defensi?

§. 3. Qui naturam ferre negant in æate tam adul-
ta secunditatem ad alia omnia se contiunt. Nam, Non sunt
vt Iosephum omittam, qui Boozum ad He. i tempora ali in Ge-
referit. Lyanus tres Boozos continuos ponit, atq; ita nealogiam
facile generationes explet. Alii quosdam volunt omis- Christi in-
fatos; vt Ochozias, Joas, Amasias postea omittuntur. Ve- serendi.
tum non videtur omnino dicendum plures interpo-
ni; non modo, quia, cum id aliunde non constet, te-
mtere affirmandum non est, sed etiam quia ex Libro
Ruth refutatur, cap. 4. 18. Ha sunt generationes Phares,
&c. Nahasson genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz ge-
nuit Obed, Obed, genuit Iſai, Iſai genuit David. Valde au- Matthei Ge-
tem signanter i. Paral. 2. 11. Nahasson quoque genuit Sal- nealogiae
ne, de quo natus est Booz, Booz quoque genuit Obed, qui & veteri Scri-
p̄e genuit Iſai. Cum igitur tot testimonii constet illa ptura pro-
A 2 genera- batur.

generatio; eumque eadem difficultas sit in Libro Ruth & Parili pomenon, causa non est, cur in Mattheo nouam quæstionis solutionem pertamus. Cætera peti possunt, ex accuratissimo Scriptore Nicolac Serario in cap. 4. lib. Ruth.

VERSUS 7.

Salomon autem genuit Roboam.

QVÆSTIO I.

Quomodo Matthæus & Lucas conciliandi sint?

S. I. **N** Olim alterutris Euangelistæ textum mutari, aut ex Collegio sui verbis corrigi; maneat id, quod semper legit Ecclesia; quod erit in Iulianus aliquis obiecerunt. Itaque non veneranda antiquitatè est Liber Beze, sed improba impostura, quem in medium extrudit putida mercis infidus popula. Sed eius codicem audiamus. Sed hic, inquit, prætermis- sum nolum in expectatum quiddam, nempe in illo meo vene- rande sane veteris statu codice (cuius antea sepe memini) han- Genealogiam, sicut apud Matthæum descendente, sic hoc loco ascedendo, in tantu adiectu quo Matthæus in tesseradecadi- confit uendit preterierat ad Salomonem, nō ad Nathanem, catena sursum ad Adamū usq[ue] in uariatio[n]e deduci, hac videlicet serie: ¶
Iωσφ, § Iacob, § Mat̄thæus, § Eusebius, § Ia-
zepus, § Sadoc, § Eliakem, § Acrias, § Zorobabel, §
Salathiel, § Iesachias, § Iosaphat, § Eliaquem, § Ioseph,
§ Aquas, § Mavas, § Ezechias, § Achas, § Iosaphat, § Oseias,
§ Amasis, § Iudas, § Ochosis, § Ioseph, § Iosephat, §
Aoz, § Aelia, § Pococer, § Salomon. Quinam autem id si-
licet seruare, vel do- fuscum nefcio, cum recepta lectio, tum Syrius ipsius interpreta-
lo adiecta authoritate, tum Scriptorum omnium Sacrorum, (propterea
sunt illa de Mattheo cum Luca conciliando laborantium) consensu pla-
ne consermuntur: cui sane praedictum vulum afferre nec ve-
lim, nec ausim. Tantum dico, fieri potuisse, vt ipsi Euangeli-
iarum temporibus Iudai Genealogiam istam, quantum in ipsi-
fuit, depravarint, quasi fidem ceteris de Christo narrationibus
abrogatur: quæ fraus a plerisque non animaduersa, facile ob-
tinuerit. Sed utique sit, age recepta lectio salua & intacta
permanito. Lectorem tamen hoc relatum nolui.

Temerarii Nolim sane vel hac de cibitate Bezam, si enim est de anti-initium Euangeli Mathei, in quaestione grauissima qualediu- vel L. ce perfidia Iudeorum sit vitiatum, atque inde dubitare. duorum coniunctione tota Ecclesia borauit, ridentibus Iudeis sua fraude ranium laboris datum Christus an si non omnia, certe malorum Librorum fidei nutabat. Neque enim arduum fuerit Beza posteri codices obsequentes suis erroribus nancisci. Insigne sane exemplum, nos non esse de Scriptura certos, nisi docente Ecclesia. Quia enī aucto: itas Bezam du-

*Piza de pe-
bitantem confirmat; lectionem codicis vene-
ra lectione antiquitatis veram non esse, licet veteri Testamento
non nisi ab conseruentem; aliam à Iudeis non esse corruptam
Ecclesiacer. Que, inquam, ratio certum reddit, nisi consenserunt Li-
brotum, & eorum qui Libros nobis reliquerunt
Cui nos cum Augustino respondemus. lib. i. contr.
Cresconium Gram. cap. 33. Proinde quamus huius re-
cente de Scripturis Canonici, non proferatur exemplum, ea
rundem tamen Scripturarum, etiam in hac re nobis teneri
veritas cum hoc facimus, quod viuens explicat Ecclesie, qua-
spicat ut Scripturarum commendat auctoritas, ut quoniam
sancta Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit ob-
scinare huius questionis, eandem Ecclesiam de illa consulat, qua-
sine ambiguitate sancta Scriptura demonstrat. Si igitur ob-
scina questio est: vita vera fit apud Lucam lectione, va-
nitateibus venerande antiquitatis codicibus, & per
Iudeos falli metuis, Ecclesie scrinia inspice, qua ut et*

omnis veritatis fida custos, ita etiam diplomatum, & instrumentorum, quibus veritas ipsa continetur, certissima conservatrix, & indicatrix.

S. 2. Diueritas itaque narrationum licet multiplex sit, vnicata tamen est, in qua concilianda elaboramus. Nempe quod Matthaeus Salomonem & filium Roboamum, Lucas vero Nathanem collocet. Vnde Christus Iudeis posterioribus, & Gentilibus occasio fuit Euangelia fugillandi, Christianis defendendi, mihi placet ea quæ est apud Eusebium lib. 1. cap. 7. & Niceturphorum lib. 1. cap. 9. Cum enim Christianorum quisque suo martyre aliquid meditatus fuerit, ut referat Eusebii, & Nicetophorus testetur integros Libros scriptos esse à viis claris; inualuit tamen sententia Africani Epistol. ad Aristidem, quæ ab vro que auctore describitur. Quoniam, inquit, generum & familiarium nominina inter Israëlias, aut natura, aut legem numerari solent: naturæ natura, cum proles ex germano pareat, semine orta succedit: lege recens, lege autem, cum alter filium in nomen procreat fratris sui, qui sensuræ absque Liberis excesseris è vita, (nam quia nondum certa & indubitate resurrectionis spes eorum animis penitus insidebat, idcirco futuram resurrectionem promissi onem in hac mortali & caduca resurrectione specie imitatione quadam adumbrarunt, quo nomen, etiæ, qui vitam cum morte commutauerat, non prorsus ex omni memoria deleretur) & quoniam etiam illorum qui in ista genealogia introducuntur, aliis vere & ingenuis successerunt, ut Filiis Patri: aliis ab aliis procreati, aliorum nonque adepti sunt: idcirco virorumque sit mentis, & illorum qui vere generunt, & horum, qui quodammodo eos engenuisse dicuntur: & ob eam causam neutrum ex Euangelio est ementitur, cum alterum naturam, alterum legem perciperent. Genera enim, tum quæ à Salomone; tum quæ à Nathan ducta idem libunt, in sobole suscitanda pro his qui Liberis sarcerunt (quod si diuersum secundum secundum nuptiis & renovatione seminis sit) ita consuntrum parentur, ut non possit esse, ut dicitur, in diversis.

duntur, ut non sine causa iudicem Liberi inter dum diuersorum tum.
Patrum putantur: tum horum qui opinione, tum illorum qui
vere Patres extiterunt, ut vtrique genealogia declaratio, re ipsa & proprie
vera cum sit, liceat varia quidem &
diversa, accurata tamen & exquisita ratione gradatim desci-
dat. Verum ut, quod oratione proposueram, planius fiat &
aperius, ipsam generum & familiarium seriem persequar. A
Dauide per Salomonem dum Matthaeus generationes numerat,
tertius à fine reperitur Matthan, qui genuit Iacob, Patrem Io-
seph. A Nathan autem per Dauid, ut Lucas numerat, simili-
ter tertius à fine inveniatur Melchi: cuius filius erat Heli, Pa-
ter Ioseph. Ioseph enim filius fuit Heli, qui ex Melchi prognos-
tus fuerat. Cum igitur Ioseph nobis sit propositus, quem inue-
stigemus: explicandum videtur, quo pacto & Iacob & Heli eius frat-
rum genus, alter ex Salomone, alter ex Nathan deducens, ut Iacob.
per quem illius Pater esse dicatur. Ac primam, quaratione isti
duo Iacob & Heli probentur fratres fuisse: deinde, quomodo i-
florum Patres Matthan & Melchi (qui diuerso orti sunt gene-
re) a Ioseph ostendantur. Sic igitur res se habet. Matthan
& Melchi vice sūm eadem duxerunt vxorem, & fratres ex e-
dem eterno progeneruntur: cum lex minime obflaret quo minus
vidua, vel libello repudi dimissa, vel viri morte vincula ma-
trimonii soluta, alteri rubet. Ab Ezechia quidem (hoc enim
nominis fuisse mulier illa traditur,) primus Matthan, qui à
Salomone disciebat genus, suscepit Iacob. Ac simulatque Mat-
than evita migravit, Melchi, originem generis sui ad Ma-
than usque referens (cum ex eadem quidem tribu, sed ex diuer-
so genere ortus esset), istam, ut supra diximus viduam duxit uxorem:
ex qua filium Heli procreauit. Ita factum est, ut Iacob
& Heli ex diuersis genibus satos, veterinos quidem fratres re-
periatur. Quorum alter, nomine Iacob, ubi frater ipsius Heli
absque prole occupuerat, uxorem eius in matrimonium assu-
mens, ex illa Ioseph, & natura & ratione sibi filium tertium
produxit. Quapropter scriptum est: Iacob genuit Ioseph, qui
secundum legem filius erat Heli. Nam cum Iacob frater esset
illius, ei semina suscitauit. Quocirca neque hac, qua deo apud
Mattheum Evangelistam inveniatur genealogia, Iacob genuit Ie-

seph: neque rursum illa, qua apud Lucam est, Iesus qui, ut putabatur, nam hoc etiam additum filius fuit Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi, inanis irritaque existimari debet. Atque ista generandi ratio, qua ex lege duxta est, non poterat significantius, aut magis proprie exprimi. Idcirco istud vocabulum, Genit., in tali Liberorum procreandorum ratione, dum familias ad Adam vque, qui à Deo creatus est, gradatam ascendendo repetit, ad finem usque Silento omnino præ traditionis terret. Neque certe hoc à nobis sine causa & ratione probabile Euangelista li, neque nostro ingenio subito iam & ex tempore excogitatum conciliari est. Nam qui Servatori nostro secundum carnem cognati sunt, vel stirpis sue insigniter illustranda, vel historia simpliciter docenda studio industi, etiam ista nobis vere trahunt.

Hinc apparet Fausti Manichæi immanis impudenteria, qui se offendit, ait, duorum Euangelistarum dissensione, Luca & Matthæi, cum vero nec sit uter mentiretur, ad Marcum & Ioannem se contulisse. Cui Augustinus lib. 3. contra Faustum respondet. Si diligenter quæc. e quam temere damnare maluerit, inuentum fuisse, nisi magnum aliquid lateret, fieri non posse ut tota orbe tanta Euangelio auctoritas traheretur. Deinde responderet. A duobus patribus, duos auos, atuos, proauos esse non mirum, nec contrarium esse.

Patrem autem visitatissime dici, non tantum à quo quis genitus est, sed etiam à quo adoptatus.

Imo feminas olim adoptasse filios, vt Saram, Genes. 16. & Liam Genes. 30. & filiam Pharaonis Exod. 2. Adoptione quoque nos Dei filios esse. Itaque non opus fuisse ad alios se conferre, non enim amate sanctos suos electores, si sint sacerdotum scriptores.

Sed mirantur tamen nonnulli, cur non omnem dubitandi causam præciderit Matthæus, & calumniandi; quod nominans illis regibus facere poterat. Verum quæc. pari ratio petet, cur tot Sacrae Scripturæ præfelicis tam difficultia intellectu occurrant? Quæstio enim communis est, alio loco perpendenda. Interim vt non ex alienum à confutidine Sacrum lirum quoddam in Genealogiis præteriri, imo & in publicis cibis, ita diuersi parentes diue: sa causâ vni ibiununt. Deuteronom. 32. in benedictione omittitur tribus Simeon, omnes causam que: unt, solus Moses nouit. Admirabilis est quod Esdras Libro 1. 7. 1. sciam originem recentem quodam omittit, nec causam patet. Nam vt breuitatis causa factum dicamus, id saue à confutidine abhorret, cum maximi momenti esset ad posteros integrum summorum sacerdotum Genealogiam ostendere & tueri. At ipse Esdras sex omittit, qd. Paralip. 6. 3. recensentur, vt vitumque locum considerant claram euaderet. In Esdra hic orto est. Esdras, Sarai, Azarias, Helcias, Sellum, Sadoc, Achitob, Amarias, Azanas, Maraioth, Zacheias, Ozi, Bocci, Abiue, Phinees, Eleazar, Agnon. In Chronicis Régum cotitra ius ordo est. I. Paralip. 6. 3. Aaron, Eleazar, Phiness, Abisus, Bocci, Ozi, Zaraia, Maraioth, Amarias, Achitob, Sadoc, Achimaas, Azarias, Iohanan, Azarias, Amarias, Achitob, Sadoc, Sellum, Helcias, Azarias, Sarai, Esdras. In Esdra septemdecim: in 1. Par. viginti tres inveniuntur. Vbi omnia moueri contra Esdram possunt, quæ hic contra Matthæum.

§. 3. Hacratione igitur optime sibi historiam contulare in confessio est: Visitatum quippe eundem filium vni legalem, alteri naturalem esse. In eadem hac serie Obed est filius Booz naturalis, lege tamen & censu illius propinquai Mahalonis, cui semen suscitavit Boozus. Hac sententia est Augustinus lib. 2. quæst. Euangelicar. cap. 5. & de cont. in Euangelist. t. I. bro. 2. cap. 2. & veritatis mar-

tyr Justinus, quæstio. 6. ad Orthodoxos. Damascen. libro 4. cap. 23. Ambrosius, Theophylactus, Euthymius in 3. Lucae.

Potro lex illa non inter fratres modo proprio dictos, sed cognatos quoque seruabatur, vt si propria quior additionem hereditatis cum matrimonio abnueret, proximus succederet: vt clarum est ex historia Ruth.

§. 4. Cum igitur constet ab uno Euangelistarum naturalem generationem, ab alio ciuilem seu ex lege Mosis adoptitam recenseri, nondum tamen conuenit inter expositores: an Ioseph vir Mariæ sit Ioseph filius cobi filius naturali, Heli legalis, an ē contratio. Vt Iacobinus que enim sententia sunt auctores, verum plures, turatis, & prestantiores in Matthæo, naturæ; in Luca legis Heli legalis, rationem habitam assertunt. Et sane id omnino tenendum est, cum illi quos ex Scriptura nouimus omnes sint si p̄ precedentiū veri, non adoptiū: quare causa non est, vt de aliis, qui priuati vixerunt, id eoque in obscuro est genus eorum, aliter existimus, p̄t̄ m̄ cum in omnibus eadem loquendi forma Matheus vtratur, genuisse enim dicit; quo verbo consulto Lucas abstinet. Deinde ex i. quæstibus id facile ostendetur. Iuliano igitur & Iudeis in primis calumniantibus ex hisce facile responderetur. Et saua Ecclesiæ nota erat Genealogia Christi.

In primo Euangeli exhorto, viuentibus Apostolis, & Domini nostri cognatis nulla mora difficultas videtur, sed cum iam seniores eorum mortui fuissent. Doceri namque omnia ista etiam ex priuatis tablinis potuerunt, quamvis publica Herodes incidia Istræ nobilitatis, & pudore sua stirpis exussserit. Priuatim sane originis sua custodes, & calculatores erat diligenter. Quod ea in re ius sacerdotii, tribus & hereditatis vetteretur, in domo Dauidis etiam, & familia Messias nasciturus cederetur. Erahit vero principibus pariter populoque notissima. Post Genealogia multo maior cura fuit, ambitione post Esdræ tempora, postquam ignoratio familie dannosa, & contumeliosa fuit. In Esdræ 2. 59. Et si qui ascenderant de Telma, & Thelharja, Generis ob Chelub, & Adon, & Emer. Et non potuerunt indicare seruandi domum patrum suorum, & semen suum, vtrum ex Israel studiofisi essent.

Alii eodem loco, cum non inuenissent literas natalityas eius, suis de Sacerdotio. Quasierunt, inquit, Scripturam Genealogia sue, & non inuenierunt. Admiranda sane diligentia, in tantis cladibus, in totius patriæ vastatione, & feruitute omnium, populum Dei ingenuitatis sua, & generis testimonia seruasse, exegisse. Nec dubium est, quin in familia Dauidis ea vel præcipua cura extiterit, tum quia regia tun quia Messia ex se nascituri expectatione gloriarabatur. Totius autem Ecclesiae publice intererat, Danidis stirpem certam esse, ne Christus in certo genere naceretur; cum ergo perditis opibus, culuerat origines, & libertate in Babylonem ducerentur, voluit Deus mniā da- tatem publico Ecclesiae testimonio asseri, ne quicquam dubitationis oriretur. Hinc factum, vt quamvis initio Galilæum Pharisei esse criminarentur, possea tamen manifestissima veritatis luce confusi, ab ea accusatione destiterint. Cum, vt supra ostendi, solo defectu natalium sufficientissime conuince re imposturam Dominum licuisset. Quomodo deinde, cum omnia eximarent, non in hæc inquisuerunt? Mox à resurrectione multa turbas sacerdotum obediebat Euangelio, Scripturas scrutabatur, nec dubium, quin inter omnes prima quæsto fuerit; An Christus Euangelista ex familia Dauid? Docebatur id census Augustini & Iuliani, docebatur omnes qui ex stirpe Dauidis. Ita tunc non nec ignoratione falli, nec malitia Euanglistæ poruerunt.

potuerunt; quod Porphyrius suspicitus est. In publico enim res agebatur, ut nec ignoracioni, nec malitiae locus esse potuerit. Et sanedocet hoc ipsum acclamations: *O filia David, & Matth. 9.27. Misericordis filii David. Sic 15. 22. Marc. 10. 47. Iean. 18. 38.* Adeo ut Chrysostomus monerat, *Lucam aliquid amplius docere vell.* Ad dignitatem porro Messiae erat, duplicitum ad regiam progenie in pertinere, ortus, & legis, ut qui ipse naturalis Dei Filius, nos in se adoptando Patri offerret.

In Matthaeo & Luca non esse tantum diversa nomina. §. 5. Cauenda multorum est indiligentia, qui vt facile rem componant, binomios esse Christi progenitores affirmant, d' uersis itaque vocibus eosdem homines ab Evangelistis positos. Olim apud Nazianzenum nonnulli illa fenserunt, & nunc ea sententia non cuet defensoribus; imprudentissime eam fecutus est Melanchthon in hunc locum, quem idcirco adscribam, vt exemplat eorum videat lector in illis, qui soli sola Scriptura vii se iactant. Succedit autem, inquit, Octobrio 1620, natus ex stirpe Nathan. Et paulo post: Vir non personarum, sed nominum fuit discriminata tantum, & duplicitas suis nominis Philo testatur. Primus ex posteritate Nathan rex Iosias fui, hic Luce & Philoni Simeon dicitur. Amarias Leui dicitur. Ozias Mattha. Iotham Ioram. Achaz Heliczer. Ezechia Iesu. Manasses Her. Aman Helmadam. Iofas Cosam. Iosachaz Addi (quoniam de hoc dubitamus, neq; sane probè videtur quadratus) Ieboiakim Melchi dicitur Luce, Iechnias Neri. Post hos sequuntur Salathiel & Zorobabel. Et paulo post. Post Zorobabelem nominantur à Philon Rhesa, Ioanna, Iuda, quorum & Luceas mentionem facit, quibus quomodo cum Mattheo conueniat, ignoro. Nam dereliquis possum Zorobabelem nihil compertum habeo. Opinor autem diversis nominibus alicubi eosdem à Mattheo recensiri, & Luca alicubi.

Itaque tam post Zorobabel nonnullorum, quae
ante eum omnium puras diuersa tantum nomina
Homines sedem. Quamvis de posterioribus dubi-
tat. Sed profecto sua illa falsa, penitus Scriptura
contraia. Iom non esse ex Nathane oriundum post-
ea probabo, nunc Melanchthonis *ouðváñ* exami-
no. Regum nomina sunt Salomon, Roboam, A-
bias, Asa, Iosaphat, Ioram, Ochozias, Iosas, Amasias,
Ozias, Ioatham, Achaz, Ezechias, Manasses, Amon,
Iohannes, Iocaim, Ie-honias, i.e. Libri Regum. Mattheus
omnium sit Ochoziam, Iom, Amasias. Ex octodecim
retulit quatuordecim, nam Ichonias videatur esse
Iocaim. Melanchthoni Iosas estille, qui apud Lucam
Simeon dicitur, deinde nomina pro arbitrio iungit.
Melanch- quia vero pluia apud Lucam sunt, quam in Libri Re-

Melanchthon sciens genealogia corrupta, deinde agnoscere propter longum
qua vero plus apud Lucam sunt, quam in Libri Regum, ipse inter Iosiam & Ioa-
chaz, quod ipse quadrat non putat, & merito, loachaz enim frater fuit Ioa-
cimi, tunc menses regnauit, & cap-
tivus ductus est in Aegyptum, nec ex eius progenie
natus est Dominus. Deinde cum toties reges illi no-
minentur, nunquam mentio horum, qua sunt apud
Lucam, nominum habetur. Nec enim apud interpre-
tes, aut Iudeos illa mentio. Quis vero existimat
Lucam cum vellat Genealogiam Domini texere, vt o-
mnibus manifesta fieret, nomina vespurante voluisse
qua non squami in Scriptura vete: i exstabant? Vers. 9.

Lucas no- Ezechiam vocasse Iesu, Iosiam Cosan, cum suis nominibus reges illi clarissimi essent: Nonne illa nominis minibus i- va istatem potius opinio sequetur, non esse eum de natum Christum? Quod eo mirabiliter viderit debet, quod à Nathane viquead Adamum progressus notis viritur nominibus, cur ergo sequentes reges & stirpe Nā han, vt ipse arbitratur, suis nominibus qui bus in Scriptura noti sunt praenaret? Quod si nominis que apud Lucam inueniuntur, nota erant e Libris Iudeorum, cur diversitatem, & repugnantiam Euange lis obiciunt?

Alterum quod in Malanchthonem legitur multo est absurdius. Ignorare se de ilius, qui Zorobabelum sequuntur, futetur. Opinatur tamen diuersis nominibus eodem aliquibi à Marchæo recenseri, aliquid à Luca. Quod fieri non potest, cum apud Lucã sint nouem decim post Zorobabelum, apud Matthæum undecim, diuersi figuratur fuere, nisi initio idem aliqui, quod tamen dicti non posse est; Si enim primos eodem statuimus, non erit in sequentibus expedita Genealogia ratiō. Tempus enim natum hatis deerit,

VERSUS 8.

Ioram autem genuit Oziam.

QVÆSTIO I.

*Cur tres Reges, Ochoziam, Ioam, Amasiam,
Matthaus omisit?*

S. I. **I**udiciorum et iuris, & Athei causas blasphemias
habuerunt. Cum enim 4. Reg. 8. 24. & 11. 2.
& 12. 24. & 14. 21. & 1. Paral. 3. 11. Regum illorum no-
mina gesta legantur, infidi esse historicai sunt, o-
misus. Nec audiendi illi, qui apud Abul q. 17. erro-
rem librariorum existimant, cum omnia omnium lin-
guarum exemplaria concubant, & Matthæus ipse
excludat, quatuordecim generationes duntaxat se ad
feire professus. Denique cum Patres omnes, inter-
pretesq; in causa omissionis in daganda laborent, in-
dicio est nullum ex illis alter legisse, aut alter legen-
dum iudicasse. Multo vanius Wolffgangus Muscu-
lus hoc loco. Fieri potest ut factum sit per incuriam
interpretis, qui à Ioram lectione delapsus sit ad Ho-
siam: vel certe pro Ochosia legit Hosiā, & ab illo
prolapsus sit ad loatham, similitudine nominum O-
chosia & Hosia seductus. Hic Ozias primum quod
rectum erat faciebat: postquam vero corroboratus Non est en-
fuit in regno eleutani est coreus in interitum suum, ror inter-
& neglexit Dominum Deum suum: ingressusque presbiter,
templum Domini, adolere voluit incensum super al-
tare thymiamatis, ob quam rem lepra percutitus est à
Domino. Nolebat enim sacerdoti Azatiæ dehor-
tantia ab hoc capto acquiescere: insuper & vktionem
minabatur.

Nu lo modo fieri id potest, nisi magna negligencia, ut tres Reges continuos, tam diuersorum nomina, addo & factis notissimos, quamvis improbos, omitteret. Quod si tantam interpretari olsentiam feme I am grand
admittere de creuiimus, de nosti Testamento possefso- error falem
ne actum est, aut minimam malum censetur, si v. derogaret
num Matthaei Euangelium è canone reuiciatur, quod novo Test. tamen ne faciat Illyricus, Hebraicè scriptum esse ne- menu,
gauit. Constituta igitur lectio, de causa cur illos o-
miserit Matthæus in quirendum est.

§. 2. Cur omise. it tres Reges causam adferat Abu-
lenfis, vt conficeret Tesseradeades, alias enim He-
pridecadem futuram fuisse. Non tamen in nume-
ris tantum myste. ium inneniri puto, vt Genealogia Numeris
eorum solum causa interumpatur, nisi a ea causa illa causa
legitima adferatur. Quanquam autem septenarius non est in-
facer habetur, non tamen si. id. in extimationis serratio
est, etiam apud scrupulosissimos calium, septena- genealogie
rius duplicatus. Atque, reverum facere, qui nume- facta-
ros per omnia mysticis erubentur Pythagore quam
Euangelio p. opione sunt. Numeri vim ille maximam
arbitrabatur; hinc duo principia posivit & dicit: Pythagorus
dixisse, ynitatem definitam, inde finitam dualitatem numerorum
tem statuebat. Ab hac malorum, ab illa bonorum ini- curiosum
cium esse. Hinc origo Manichaei, Gnosticorumque.
seruit. De quo Augustinus heret. 83, Gennad. in Cata-
log. Verum de illo in sequentibus agendum est, longius autem prolapsum esse ostendam. nulla enim ha-
res*is* in prima blasphemia sistit. Iouianus conce-
ptum dominum illa*em* virginitate matris, natum vero soulinianum
virginitate soluta*em*. Multos ille su*os* in sancta*is* se testa-
tur. Iacobus Gualterius in anno 100, verit. 2.

§. 3. Non debent illa mouere Ca*tholicum* quem-
pian. Accurta enim huius loci expositi*on* sanctissima
virginis, & purissimæ matris integritatem non infici-
bitur, sed asseret. Cum enim spiritus sanctus Christi
in generatione, alios ab aliis natos recensu*it*, cum
ad Iosephum est ventum, non continuauit id, quod
iam in aliis quadrages dixerat, Ioseph autem genuit Iesum,
qui vocatus est Christus; sed textum orationis immutauit, & dixit. Virum Marie, de qua natus est Iesu, qui
vocatus est Christus. Cur igit*ur* Iosephum solum suo ho-
nore, & prærogativa priuauit; si ille non minus pater
erat Christi domini; quam Abrahamus Isaac, David
Salomonis? Quod si matrem etiam Messias nomina-
re voluit, cur non fecit eo modo, quo de Thamat, Ra-
hab, Ruth, Betsabe*em*? Iosepho igit*ur* Christus non
adscribitur, quod tamen faciendum erat, si Iosephi fi-
lius esset, quia genealogia ex mascula successione de-
scribitur, atque ad Dauidem Abrahimumque deduci-
tur, sed ordinem immutauit, quia sine patre, ex ma-
tri conceptus & natus est. Ex virgine, inquam, sive
de virgine; neque enim audiendi sunt, qui minutum
magis & subtiliter, quam vere ista distinguunt*in* levi-
bus rebus, aut non necessariis verbolis, in necessariis
muti, vel alter*is*. Quos vere quondam Erasmus, &
Valla taxarunt. Hanc deuina esse Euangelista men-
tem, histrio circumstantia indicat. Matri*u* in vetero
habuisse, antiquam conuinent, Iosephum de illa occulta di-
miseru*m* c. milium agitasse memorat. Hac vix iusta
dubitatio, iud*ic*umque fact*is* indicat, virginitate illi-
bata generationem Christi contigisse. Frustra deinde
angelus Spiritu*rum* sancto hoc opus atr*ib*ueret, si ex se
prolem illam vel natam, vel nasci potu*it* Iosephas
conscius erat.

VER.

VERVS 18.

Cum esset desponsata mater Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto.

QVÆSTIO I.

An desponsata tantum, an matrimonio iuncta fuerit Iosepho B. Maria?

§. 1. IN Graeco textu est, μηνεύειον γό τὸς μῆνες
ταῖς Μαρτίου, desponsata enim matre eius Maria. Qui sponsalia duntaxat, non matrimonium arbitramur esse, Graeco verbo vntunt; μηνεύειον quidem est ambire nuptias, & ambiri à proco, ac deinde μηνεύειον desponsatus, desponsata. Sed tamen signat & eam, qua ante ambita, in vxorem ducita est. Il. 5. Et Theoc. Idyl. 18.

Μηνεύειον ἐλέγειν ὁ νεώνες οὐτέ οὐδέ τοις.

Qui desponsam duxerat Helenam iunior filius Atrei.

Sane Luke 2. 5. μεμνεύειον dicitur, quæ iam vxor erat. Hebreum טְאַתָּא Aras, despondere significat. Hoc loco tamen est in Syro בְּנֵי בְּנִיר, quod non modo desponsatum, sed traditum, emptam significat. Quod in sponsatum & coniugatum conuenit, sed potius tamen coniugatum. Lætissimo pro vxore sponsa dicitur, nec tamen regnatur, cum omnis vxor sponsa, seu desponsata sit. Hoc facte constat in scripturis facies, spiritalem Ecclesiam, & fidelium animarum cum Christo coniunctionem, sponsationem, & desponsationem vocari, quamvis matrimonium allegoricum sit, quod Christi coniugio tanquam typo designatur. Nam reterea in eo matrimonio, est non modo promissio induisa amorum, & vincul, sed purissima, fœcundissimaque per gratiam consummatio; & multæ prolixi celo educanda regeneratio. Sponas autem vxores vocari monet comm. Hieron. & Hieronymus plenus docet libro contra Heuidum. Verum itaque certum matrimonium fuisse antequam B. Virgo conceperisset de Spiritu sancto, Hieronymus existimat; Augustinus de nuptiis, & concupiscentia c. 11. & l. 13. contra Faustum c. 8. Chrys. hom. 4. in Matth. Ambros. l. 2. in Lucam, aliquique interpres at sola fuisse sponsalia purat. O. gen. hom. i. Basil. Epiph. hæref. 78. Nazianzen. de nat. uitatiæ Salvatoris, Cyrillus categ. 10. Bernardus, & multi hoc tempore. Scæcius noster nomine spōnsalium putat intelligi matrem nonum ratum, hoc est, confitendum, vereque mutuo consensi firmatum, etiam in unis ædibus communorium, absque vsu tamē matrimonii. Verum hanc in re mihi nequaquam ambiguum videtur; Mariam virginem non modo in matrimonio fuisse, sed etiam in domum, potest estemque mariti velisse. Primo enim constat spōnsalium nomine matrimonium int̄ illigi. Nec dubium est esse coniugium, id quod Osee 2. 19. legimus: Et spōnsabo te mihi in sempiternum, & spōnsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & miserationibus, & spōnsabo te mihi in fide. Eterna desponsatio, verum; sed spiritale matrimonium indicat: cuius sunt typi fidelium matrimonia. Itaque hoc matrimonium est eterna desponsatio, & desponsatio est matrimonium, fons æternum, perpetuo iustitia & fidei vinculo firmatum, vt nunquam sponsa dicatur; res tua rabiabit. Conſule S. Hier. in verba ista explicationem. Confirmat hoc causa propter quam, filium de desponsa nisi sci Deus voluit. Noluit enim Deus quemquam de matris pudore dabitare. Ut vero fama integræ seruaretur virginis, non satis erat desponsatio, opus erat vero matrimonio, & cohabitatione, grauius

erat desponsatam, quam liberam, incerto patre prægnantem videri. Eo igitur tempore, quo illam angelus salutatum venit, cum Iosepho maito habitabat, gnis erat auditu vero incarnationis Dominica oraculo, & Elizabethæ conceptu, mox in montana Iudeæ progressa matrimonio est, ibique menses tres exegit, rediens deinde animaduersa est à Iosepho in utero habens, quod satis indubitate, eam iam ante cum eo habitasse, & publice in matrimonio viri conuenisse. Quod enim Iosephus notarat, id sane alias feminas cognatas, quibuscum versabatur latere nequaquam potuerit, vterus scilicet tumens. Minimum igitur intemperantia notam subiicit, quæ scilicet nupiarum sollempniū benedictionem, celebritatēque voluptatis auditate anticipat.

§. 2. Causa cur ex vxore desponsata nasci Christum voluerit Deus, à Patribus, à D. Thoma, à nostro Barradio, Salmetone, aliis adferuntur. Inter multas illa S. Ignatii, vt partus eius celavetur diabolo, multorum interpretationes patitur. Quid enim? an nescire dæmones potuerunt, vrginem nulli vñquam viri iunctam fuisse? Nonne omnium rerum naturalium suspectiores focium in utero sine virili semine formatum, omnina clausa, atque inuolata videruntur? nonne Elizabetham audiuerit, cum matrem domini sui, eam appellaret? cum Baptista in utero exultaret? cum Maria dicteret, fecit mihi magna qui potens est? Hinc factum ut multi sancti martyris rationem irriferint.

Sit tamen intelligere sanctorum dicta, quam carpere quomodo remallent, forte veritatem facilius inuenirent. Potuit partus lafane patrus ille latere diabolus, Deo vel cogitatio tuit diabolus eius alio vertente, vel ad cognitionem non conludente. Neque enim omnia semper dæmones cogitant, & crebro vis tormentorum ita intellectum occupat, vel alia quæ incommoda illis accidunt, vt ad pacata cogitationem possint adiungere, ita vt nullus ex illis sit aliquando, qui aliqua facta singularia Dei cognoscat. Cum ergo conceptionem factam esse agnoscerent, nullus erat, qui modum facta meminisset. Ne multa ique ad hoc miraculo opus erat, sed vt dixit alii ordinatamente, vt certo temporis spacio, ex miseriis spiriti Quidam Deibus nullus quicquam de rebus ad sanctissimam virginem opera operi perirentibus intellectu complectetur. Non mnes launt esse virginem, & solum virginis satignum in factum coaluisse, nec tamen certi quicquam de Christo statuere habebant: cum enim maritum & vxorem ternerent, non satis accurate distinguere potuerunt. Facile fuit igitur in signis his errare, quemadmodum in aliis Messie argumentis: Quam enim admiranda Clarissima in Christi nativitate gesta sunt, quæ illum promissum signa natiuitatem à Deo Messiam comprobant? vt locus, tempus, annus, gelorum cantio, pastorum aduentus, magotum adorationis, puerorum occisio, & tamen eum tentat iam inchoaturum prædicationem dæmon, vt explore, an mones. Dei filius sit, an non. At vero si in matrimonio non fuisset, nullus dubitasset, conceptum partumque virginis esse. Non enim vel apud ipsos licet peccatosus suspicio fornicationis esse poterat: ideo quod sciens, nullò illam vñquam peccato, vel prava cogitatione, innocens B. virginis motiva violatissima: viderent etiam maiorem eam puritatem, deuotionem, omniumque virtutum generem pollenter, magna à Deo gratia donari, nec admisi tamen sceleris villa signa, vel penitentiae indicia. Quæ erant indubitate innocentie argumenta.

QVÆSTIO II.

An id quod ait Euangelista: Antequam conuenirent, induxit eos postea conuenisse?

§. 1. Hoc ex loco Heuidius perpetiam sanctæ Dei Helvidiæ genitricis virginis tem impugnat. Eum S. norum error Hieronymus refutavit. Secundum tamen ille dux tecum,

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

rum, qui Heluidiani appellantur sunt; iudemque videntur, quos S. Epiphanius Antiditomaritas appellant. *Prima eius (Heluidii) propositio fuit. Matthaeus loquitur: Christi autem generatio sic erat; cum esset despontata mater eius Maria Ioseph, priusquam conuenirent, inuenta est, in utero habens. Ecce, inquit, habes deponitam, non commendatam vestris; & vtique non ob aliud deponitam, nisi quandoque nuptiarum, neque enim de non conuenturis Euangeliſta dixisset: Priusquam conuenirent: quia nemo de non prorsus dicit, antequam prandere. Deinde ab angelo uxorem appellatam, & coniunctam.*

No est turpe opificium manibus paruuli finguntur in ventribus; vt merito erubescere Dei formam debemus, Mariam nupsisse post partum? Quod si hoc illis turpe sit hominem videtur, superest vt non credant etiam Deum per genitalia virginis natum, turpius est enim iuxta eos, Deum per virginis pudenda genitalium, quam virginem suo viro nupsisse post partum.

Tange si liber & alias natura contumelias, nouem mensibus vterum in sole centem, fastidia, partum, sanguinem, pannos. Ipse tibi describat infans, regimne membranarum solito convolvitu. Ingerantur dura praesepia, vagitus parvuli, oītus sua diei circumcisio, tempus purgationis, vt probetur immundus. Non erubescimus, non silentis. Quanto sunt humiliora, que pro me passus est: tanto plus illi debeo. Et cum omnia replicauerit, crucenbil consumeliosus preferes, quam proficiemus, & credimus, & in qua de hostibus triumphamus. Sed vt huc, que scripta sunt, non negamus, ita ea quia non sunt scripta, renimus. Nam Deum esse de virgine credimus, quia legimus: Mariam nupsisse post partum, non credimus, quia non legimus.

*Apareat verum esse, quod Hieronymus monet; Hæresiis Heluidiana ex reuera exempla plura ostendunt, crebro sic expognitione nendum sive latinas voces, priusquam, sive lingua hebraicam בָּרְךָ אֶת־יְהוָה ita sane Isaiae 66.7. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum. Parturiret dolore parvientum premi. Non autem significat fore, vt in posterum parturiret, nulla enim parturit, postquam peperit. Est igitur similitus locutio, ac si diceret quispiam: Caius antequam domum Cai deduceretur, inuitata & in utero habens, certe non sequitur postea ducatur & esse: sed causa repudii ostenditur. Nemo enim dubitat, quin Caius mox obnunciaturus sit; conditione tuâ non viar. Plena sunt his locutionibus omnia monumenta. Nero Asdrubalem cecidit, antequam copias suas cum fratre coniungeret, nec postea tamen coniunxit. Ita & apud Tullium l. 3. de oratore. O fallacem hominum spem, fragilisque fortunam, & inanis nostras contentiones; que in medio stracio sepe franguntur, & corrumpunt. & ante in ipso cursu obruumur, quam portum confidere reportuerunt. Non timuit Orator, ne quis obicietur, poster conspectum esse porrumb ab iis, qui in medio cursu perierunt. Eodem plane modo vsi sunt huius verbi *Synonymo, PRIVSQVAM.**

Nec obiectum est Maroni, Equos Rhaci postea paula Troie gustasse, cum eos Diomedes auerteret

— Priusquam

Pabula gustassent Troie, Xanthumque bibissent.

Quid ille, qui perpetuam beneficium memoriam apud se residere peroptabat?

Ante leues ergo pascentur in ethere cerui,
Et freta deflue ut nudos in littore pisces,
Quam nostro illius labatur peccore vultus.

An ille post oblitio nem ista futura cogitauit?

Neque idem ille verius est, ne Regnam Carthaginis apud inferos nubentem inducere videretur, cum canereret:

Antequam de illis quas fieri vel solet, vel co-
Sed mihi vel tellus opem prissima debiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras erebi, noctemque profundam.
Ante pror, quam te violam, aut tua iurare soluam.

Imperita igitur malitia fuit illa heresis, errorum gitata fuit tam, qui nostro tempore gravantur, & perimuntur, & perirent, praembula exstitit. & quant nostri heretici virginitati nuptias, fecit idem Heluidius, eaque causa B. Mariam virginem matrem aliorum filiorum esse afferuit, vt eius exemplum virginis ad thalamum invitaret. In illud nunc imperum facio, inquit Hieronymus, in quo tu virginitatem & nuptias comparando dixeris esse voluisti. Hoc igitur modo haec verba intelligenda sunt, vt & Dei genitricis virginitatem in conceptu, & partu affuant, & eiusdem virginis integritati post partum nihil derogent. Verum de tota questione legatur Hieronymus contra Heluidium, qui hydram illam glorioso spiritus confecit, qui hanc fabi legem dixit.

Coristinus ferro culpan compescere, priusquam

Dira per incutium serpent contagia vulgas.

3. Georg. tum aliquandiu contagio est impedita, sed nostro ex eo, in quod omnia horrenda confluerunt, recruduit. Ut cuique pro exemplo Euangelice locutionis, vere adferre licet, quod in Miloniana Tullius dixit. *Præclarum enim vixero, si quid mihi acciderit, priusquam tantum mali video.*

VERSUS 19.

Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere: volunt occulite dimittere eam.

QUESTIO I.

An Ioseph fuerit iustus?

§. 1. *Quatores magnopere laborant, ne Ioseph vere iustus esse iudicetur. Quidam interpres, inquit Calenus, intelligent, Ioseph, ideo quod iustus esset, voluisse vxori parcere: ita illi iustitia est humanitas, vel moderationis animi ad clementiam propensior. Ipse cum aliis duo haec membra aduersative legit; iustum quidem fuisse Ioseph, sed tamen de fama vxoris sollicitum. Proinde hanc iustitiam in odio, & detestatione sceleris fuisse. Aretius imputatiam sine reali, iustitiam illi tribuit, verum eiusmodi inter scribendum rationes producit, quæ cum vere & in se iustum gratia Dei inhaerente conuincant. Verba eius sunt. Deinde iustus est, iustus enim filii Dei, iustus debuit esse pater putatius, deinde pia virgo iustum mercatur maritum: sed alter iustus est Ioseph, alter Christus. Iustus est ciuiliter Ioseph, ein frommer offrichtiger Widermann / iustus etiam imputatius coram Deo, cum natura esset peccator & ira Dei etiam abnoxius, nisi Ioseph iugratia esset exemplus, denum veram iustitiam aliunde habet: sicut Christus natura iustus ipsa est iustitia, iustos etiam alios facit & a peccato liberat. Ceterum iustitia Iosephi sic utiliter recesserit: primum facit ad historiam iam narrata fidem, non cognovit Ioseph suam iustitiam, iustitia erat nondum perfectio nuptie quicquam ab ea postulare: deinde quia iustus est admonitus ab angelo deinceps quoque ibenter absinet: tertio, fidem habet angelus potius, quam sinistrorum cogitationibus, quod iustitia hos est, prohibitus ciuile erat. Denique iustitium sit, iustiam non vult traducere. Tertio ad Iosephi personam pertinet, quod non vult eam ad eum patrificari, quod alii ad ultimum supplicium, quod ex lege adulterae debebatur, referunt, q. d. potuisse quidem Iosephum eam apud Magistratum accusare, & exposcere ut secundum legem exemplum alii statueretur, quod sane suis summi iuriis, & rigida iustitia, verum id noluisse, maluisse Ioseph in eo parceret, quia iustus erat, vt ne quidem infamia ipsam noscari voluerit: ego arbitror eum in hac fuisse sententia, vt nec penitus, nec infamie, quantum quidem ad ipsum pertinebat, exponeretur.*

§. 2. Nulli dubium esse debet, Iosephum hoc loco

versus

Joseph pro-
prio iustus
vei, proprie, gracia Dei inherente, non sola imputazione absenti iustitiae, aut non-imputatione praesentium peccatorum iustum fuisse. Rationes ex ipso testu evidentes suppeditantur, quas nobis etiam Calvinus, & Aretius expontunt. Ex illius iustitia, quae laudatur, duo insignia opera oruntur. Nempe, vt nolleat eam traducere, *Ex deo uero natus*, & vellet occulte dimittere. Primuni charitas, misericordiaque suadebat, ne coningue, cognatamque, in qua omnia virtutis, nulla vitorum indicia notarunt, publico probro afficeret. Alterum vero exigebat, mariti officium, ne alieni matrimonii subfessor, impudicitiam coniugis fouere, familie ac hereditati Davidicas spuriū infereret. Hæc iusti sunt opera peccatum alicum horrentis, & proprium fugientis. Non posunt hæc conuenire in Calviniā iustitiam: Illa enim cum multo criminum grege, eodem in animo, conscientiaque stabulari auctoritate potest. David in adulterio, & cæde ducis in nocte Beza iudicio iustus erat, retento Spiritu sancto, & non-imputatione crimini: Ea iustitia, non repugnat virtutis; sed tegit: Potuitque Joseph vel suscepit traducere, vel deprehensam, vxoris leno fouere, quod legibus erat veritum, & infame. Imo potuit innocentem legibus subdere, vt lapidaretur; Deuteron. 22. & per omnium ora traducere, hoc est, *Deus* publico iudicio infamare, exempla statuere, quod est *Ex deo uero natus*. ita Numer. 25. 4. Suspende eos Domino *Ex deo uero natus*. Faretur tamen Beza etiam hoc verbum habere locum, cum non à iudice pena infligitur. Ut apud Plutarachum Archilochus scribitur editis parum honestis vesicula se *Ex deo uero natus*, quod & mibi iuueni, inquit, nec dum in Ecclesiā Dei adiutor, euent: quam tamen maculam sponorem dicit, tum factio eluisse.

Iustitia
Calviniā
ad criminā
amica.
§. 3. Hanc in Josepho iustitiam Hieronymus aliisque agnouerunt. Si quis, inquit Hieronymus, fornicariæ coniurgitur, unum corpus efficitur, & in lege preceptum est, non solum reos, sed & consensu criminis obnoxios esse peccati; quomodo Joseph cum crimen in cruce celat iustus esse scribitur? Sententia ergo Hieronymi, si contra Dei legem celelat crimen uxoris, iustus esse non potest; at ex non-imputatione Calviniā iustus esse potest, non modo qui crimen abscondit, sed etiam qui aulus est. Idem Hieronymius contra Heliodorum probat Josephum etiam virginem fuisse; quia iustus fuit, si iustus, ergo fornicator non fuit; ergo iudicauit fornicationem aduersam esse iustitiam: at illa Calviniā iustitiae non repugnat, cum iuxta Bezain in Colloq. Mompelgarteni, David in adulterio, & homicidio iustitiam non perdidit; cum tamen adulterium, & cædes scortatione sint deterioria. De iustitia Josephi etiam ex ipsa re indicari potest, cum enim sic sit magna numinis dignatione electus, segre gatusque ut Dei genitricis custos, & manus esset, Christi pater esse puraretur. Verte iustum illum, non criminis tam esse, non sola in imputatione iustum esse oportet. Cum præsertim & virgo coniux, & filius Dei velut familiae capituli essent subdit.

Joseph fides
in super-
naturali.
§. 5. Non erat illa iustitia duntaxat probitas ciuitatis, qua angelo creditit, ut putat Aretius. Nam cum illa morali, & ciuitati virtute, infidelitas, aliaque flagitia possint confundere. Deinde cum angelo potius, quam *Ex deo uero natus* cogitationibus creditit, dicenti, conceptum Christi de Spiritu sancto esse, non id ciuitatis fidei, sed cœlestis fuit. *Bona* dicitur virgo mater, que creditit, non dubium, quin beatus etiam vir eius qui creditit. Auctores non nulli ut Soare zlus pag. 3. Tom. 2. quæst. 19. disput. 7. non in probable arbitratu, Josephum etiam apostolis sanctiorum fuisse. Verum comparationem illam incertam nec assertere, nec negare velim. Alicrum sententia, qui Josephum concitum inca-

nationis, humilitate & reuerentia tanti mysterii refusse arbitrantur, nec vera, nec admodum pia videtur, nec enim vxorem deserere, nec Messiam quem ex suo genero nasciturum credebat, fugere debuit.

VERVS 20.

Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.

QUESTIO I.

Quomodo Christus de Spiritu sancto sit?

§. 1. Hæretici ad suam perniciem, erroresque hæc Quid esse de veritate detorserunt, SS. Patres religionis veritatem ex illis probarunt. Sententia perficua est: *Spiritu sancto*: *Quod in ea natum est, eo vivens*, hoc est, *conceptum formatumque, & viuens, non ab alio viro, vt tu suspiraris, sed a Spiritu sancto diuinitus factum est*. Ille celesti prius gratia, atque admirabili modo Messia corpus adaptavit, qua operatione coniugis tuæ corpus virginitatemque faciebat, ornauit, inuolabilenque fecit.

§. 2. Marcionites abutebantur vobis illis. Et aucti Marcionita in ea, non ex ea, ut corpus Christo spiritale, &phantasmum tribuerent. Quibus Terullianus respondit, Christi corvs supra citauit. Non enim ideo non ex ea, quia in ea, *pus ex Mater*, in matre enim, & ex matre filius nascitur, Lucas Euānia, gelista alia præpositione *suis*, *ex eis* φύσιον; non in ea modo, verum etiam ex ea natum ostendit. Neque igitur cum hæreticorum agnoscimus Christum, qui in imagine, ut dicitur, fuit, & non in veritate; Nihil enim verum fuit eorum, quæ gesit, si ipse phantasma, non veritas fuit. Neque cum cognoscimus, qui nihil nostri corporis gesit, dum nihil ex Maria accepit; nobis enim non venit, si in nostra substantia visus non est. Hic enim qui noster est redemptor, ex semine David ortum habet, ut testantur Scripturae.

§. 3. Fuit patrum temporibus impia, & petulantē *Spiritus* proterva hæresis multorum, ut videtur gentilium, vel *sancius* non qui ex illis conuerit ad pristinas fides, sedierunt. *Dicitur* est dicendus cebant Christi patrem esse Spiritum sanctum, de suo Christi patrum deorum adulteris res sacras profane iudicantes, ter. Testis est Tertull. apol. c. 2. Huius igitur gratia discipulae arbitri & magister, illuminatorque atque deductio generis humani filii Dei annuntiabatur, non quidem ita genitus ut erubescat in filii nomine, aut de Patri semine; non de sorori inchoato, nec de stupro filie, aut coniugio aliena Deum patrem passus est squamatum, aut cornutum, aut plumatum a matorem, aut in auro conuersum Danaidum. Iouis ista sunt, & Gentes sunt numina vestra. Ceterum Dei filius nullam de impudicitia habet fabula affectus matrem, etiam quam videtur habere, non nuperat: sed prius mulabante substantiam edisserat, ita nativitatibus qualitas intelligetur. Christi na-

De facie igitur gentium amaritudo illa exorta, et tuitatem, iam postea Ecclesiā vexauit. Contro eum namque errorem Hieronymus in exposit. fidei Cathol. disputationat. Non sicut quidam sceleratissimi Spiritum sanctum dicimus esse pro semine, sed potentia, & virtute creatoris dicimus esse operatum. Sic Augustinus serm. 91. de temp. In Enchiridio autem c. 38. & Ep. 191. docet non esse Christi patrem Spiritum sanctum. Et Enchirid. c. 40. *Natus est Christus de Spiritu sancto, non sicut filius, & de Maria virgine sicut filius*. Causa etiam additur: *Non enim in eadem specie conceptus est*. Quod Chrysostom. 2. in symb. Apost. Rup. Christus non est operibus Spiritus sancti. D. Thomas 3. p. q. 32. a. 3. est filius aliquis notatunt. Neque hoc ex loco aliud confici Spiritus sanctus potest. Postum est namque ex pro. 20. Ex pro A. 21. quia non vel Ab; quemadmodum Rom. 11. ex corde merita. Ex in eadem ipso omnia. Quocreat nonnulli vertere maluerunt, specie. a Spiritu sancto; quam camio em superbius me esse non dubito, cum causam efficientem, non prese generaliter verba designit, praesertim Syra dictio *Yā Men,* quia *Yā Men* est angelus.

Adami Conzen in Ewang. Tom. I.

B 2 Neque

Nasci com-
mūr ver-
bu

Neque obstat verbum *κενός* natum: illud enim dicitur de rebus quocumque modo ortu habentibus; ut etiā quae hoc loco in textu Syro est, *γένηται*; nam *τοῦ* apud Hebreos non modo de generatione propria, in qua pater, & mater; sed de omni productione, procreatione, omniumque efficientia usurpat. Sic Deut. 32. 18. *Γενετὸν τὸν κενόν τοι εἴπει τοῖς πατέρεσσι*, Deum qui te genuit dereliquisti. Magnum igitur hac de re auctorem audiamus. Et Ioseph cum velle eam dimittere suspicatus adulterum quam sciebat non de se grauidam, tale responsum ab angelo accepit: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est: id est quod tu esse de alio viro suspicaris, de Spiritu sancto est.* Nunquid tamen ideo dicturi sumus patrem hominū Christi pasti esse Spiritum sanctum, vt Deus Pater verbum genuerit, Spiter non est ritus sanctus hominem, ex qua verae substantia Christus v-Spiritus nus esset, & Dei Patri filius secundum verbum, & Spiritus sanctus, ne sancti filius secundum hominem: quod quasi cum Spiritu duos Patres sancti tanquam pater eius de matre virginē genuisset? quae dicamus. hoc dicere audebit? Nec opus est ostendere disputando quantum alii sequantur absurdā, cum hoc ipsam ita sit absurdum, vt nulla fideles aures id valeant sustinere. Proinde sicur confitemur; Dominus noster Iesu Christus, qui de Deo homo autem natus est de Spiritu sancto, ex Maria virginē vtrāque substantia diuinā scilicet & humanā, filius est unicus Dei Patris omnipotentis, de quo procedit Spiritus sanctus. An quia fecit eum? quoniam Dominus noster Iesu Christus in quantum Deus est, omnia per ipsum facta sunt: in quantum autem homo est, & ipse factus est, sicut apostolus dicit: *Factus est ex semine David secundum carnem.* Sed cum illa creaturam quam virgo concepit & parerit, quamvis ad solam passionem Filii pertinentem, tota Trinitas fecerit; neque enim separabilia sunt opera Trinitatis, cui in ea facienda solus Spiritus sanctus nominatus est? An & quando unus trium in aliquo opere nominatur, vniuersa operari Trinitas intelligitur? Ita vero est, & exemplis doceri potest.

Sue igitur ex Spiritu sancto tanquam Patre proprius dicto, sue ex eo velut semine natus dicatur Christus, impie de sanctissima naturitate iudicatur. S. Chrysostomus merito semper in eos inquietus est, qui ita curiosa temeritate rimantur, de quibus Evangelista nihil dixerunt. Porro ex nascendi verbo nihil efficitur, id ad alia etiam pertinet.

Nascere, praeque diem veniens age Lucifer alium.

Incarnationis attributa §. 4. Cum vero incarnationis economia, & dei- ficea carnis esformatio, opus sit toti sanctissimæ, & in- est Spiritui dividua Trinitati commune; Spiritui sancto tamen sancto, quia attributum, quia ille vivificat, sanctificat, renovat, hoc ille sancti- vero opus omnium operum Dei sacraissimum fuit; omnis enim ab eo sanctitas, salus, vita, regeneratione.

Monet etiam D. Thomas p. 3, q. 32. a. 1. Opus conceptionis quidem commune esse toti Trinitati, secundum tamen diuersum modum, attributi singulis personis; nam Patri attribui auctoritatem respectu personae filii, qui per ensmodi conceptionem sibi assumpit humanam naturam. Filio autem attribuitur ipsa carnis assumptio, sed Spiritui sancto attributus formatio corporis, quod assumitur a filio. Spiritus sanctus respectu corporis Christi habet respectum efficiens; ad diuinitatem vero respectum consubstantialitatis.

Incarnationis ostendit. §. 5. S. Athanasius solide constanterque hoc ex à spiritu sa- co, Spiritus sancti Divinitatem contraria attos alle- ruit, disput. quam coram Proculo iudice habuit. Cum enim multis auctoritatis demonstrasset Spiritum sanctum creatorum; ac proinde Deum esse, ita inferit. Tantum enim potestatis, vel creationis Spiritus sanctus ostenditur, vt ipso cooperante corpus Domini Iesu Christi, qui nobis in sacramento fidei datum est, in vero Virginē formaretur, Evangelista dicente: *Ne timeas Ioseph accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Et item: *Priusquam, inquit, conuenirent, coniuncta est in vero habens de Spiritu sancto, non quod Salvatoris nostri Pater di-*

cendus est Spiritus sanctus, vt duo credantur Patres, sed quod cum Patre & Filio idem Spiritus sanctus cooperatur & unus potestatis est: cum utsdem focus inueniatur.

Firmum est hoc contra Arianos argumentum: cum si spiritus enim filium Dei Iesum Christum negarent creaturam, est creaturā sunt reliqua creaturae, & primum, longoq[ue] inter- 72. Christu[m] dignior em ceteris creaturis locum tribuerent: erit aliqua non poterant tamen dicere de Spiritu sancto, hoc creaturā est, creaturā esse. Spiritus sanctus enim superueniens, superior & Christi carnam efformans, eo quod fecit, inferior consensi non debet. Nos vero qui in Domini nostri conceptū humanam naturam iunctam in create hypostatū vere & substantialiter esse credimus, firmissime non tantum credimus, sed ratione cogimur, ne opus hoc creaturā esse dicamus.

§. 6. Denique breuissima verba nobis Deus, & hominem exhibent. Homo est; quia natus in virgine: Deus; quia ex Spiritu sancto. Ita nos maiores nostri doctierunt. Qui legunt ergo hominis filium hominem Christum Iesum, legant hunc eundem & Deum & Dei filium nuncupatum. Nam quonodo qua homo, ex Abraham, sic est etiam Deus. qua Deus ante ipsum Abram. Et quonodo qua homo filius David, ita Dominus David quia Deus nuncupatus est. Et quonodo qua homo sub lege factus est, ita qua Deus Sabbathi Dominus expressus est. Et quonodo qua homo sententiā patitur, sic omne qua Deus de viua & mortuū iudicium habere reperiatur. Et quonodo post mundū qua homo nascitur, sic ante mundum qua Deus fuisse perhibetur. Et quonodo ex semine David qua homo genitus est. Sic ita per ipsum qua Deus mundus dicitur institutus. Et quonodo qua homo post multos, sic qua Deus ante omnes. Et quonodo ceteris qua homo inferior, sic omnibus qua Deus maior. Et quonodo in celum qua homo ascendit, sic inde qua Deus ante descendit. Et quonodo ad patrem qua homo radit, sic obediens patri qua filius inde descenfurus est. Ita si mediocritates in illo adprobant humanam fragilitatem, maiestates in illo admirant diuinam potentiam. Periculum est enim, cum vtrunque legis, non virumq[ue] sed alterum credidisse. Ex quo quoniam vtrung[ue] in Christo legitur, vtrung[ue] credatur: vi fides ita demum vera fit, si & perfecta fuerit. Nam si ex dubibus altero in fide cessantes, vnum & quidem id quod est minus, ad credendum fuerit assumptum, perturbata regula veritatis, remitterit ista non salutem contulerit, sed in vicem salutis, dacta fidei periculum mortis grande conflauerit.

VERVS 21.

Et vocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

QVÆSTIO I.

Cur vocatus Iesus?

§. 1. M agnum omnino in nominis impositione mysterium esse Spiritus testatur: matri enim Nomēnūk & Ioseph illud prædictū, angelis etiam reuelatum tū ante esse antequam in utero conciperetur Lucas asseuerat; Prædictum hoc loco causa redditur. *Quia saluum faciet populu[m] suu[m]* mysterio. Primo ergo nomen reuelatum est angelis, deinde plenum est. Mariæ matri, tandem Iosepho, qui munus nutritor s, cum nomine & auctoritate parentis erat habitus. Fuere alii quoq[ue] illo nomine donati, in primis autem I. sue filius Nun minister Mosis, is Hebreis γεννηθειν vocatur, Seprusinta semper vertunt l. 8. & Vno tamen Iesu dili- loco, nempe i. Par. 7. 27. fine ultima scribitur γεννηθειν, qui lo & apud 70. in ps. Post capitulatatem vocatur ille, & a sua. Ihi, γεννηθειν, Esdræ 2. 2. & 7. 7. & 8. 17. quonodo etiam in Novo Testamento scribitur. Imo Numer. 13. 17. vocatur γεννηθειν, ex quo manifestum est, varie apud Hebreos pronunciatum esse, & scriptum; nec dubito etiam ubi eiusdem literis scriptum inueniatur, diuerso tamen sonu, sibiloque lectum: vt mihi nō sit à Gracis al. o

aliо sono efferri, & vbique per **W**, sive **S.** lene, non per **V**, sive Sch. asperum: videmus enim ita leniter locutos Ephrathaeos, Iudicum 12. 6. adeoque assuefactos, ut pro **שִׁבְלָה** Schibbó/eth, dicentes **שִׁבְלָה** Sibboleth, eosdem dixisse Iesu, & Iesua, seu Ichosua, & Iosua, non Iesu Ichosha, & probatam ex Corinthon.

Ephrata cur alia dislectio ysi? ait enim, וְאֵין לִבָּךְ non dirigebat, seu valebat loqui sic. Vnde hoc scilicet: quia in Ægypto educati lenius pronuntiare didicerant. Ante aduentum enim Iacob nati erant, ut Heb. æ lingua ipsiis vernacula-

Nouatores delitare nesciamus; qui tum se maxime
mi antar, cum quantum possunt, dicunt, Ioschyna, le-
hoschyna, Hoscheia: nec tam alius consequuntur,
quam ut nominis Iesu suauitatem pii mentibus in-
cepta noxitate auferant. Etymon nominis Heb. **אֵל** xi-
tum, vt **אֵלָה**, & nostri **ελ** & Salvator. **וֹתְרָה** Ia-
schagh enim, & Ephraim ad alephto **וֹתְרָה** Ia-
schagh, est sal-
uare: in Hiphil **וַתִּתְרַחֲךְ** Hofschagh vel Hofagh, Sal-
uauit, adduit. **וְתִתְרַחֲךְ** vt sit index nomini, ut proprii, ultima litera
ת Syris frequenter omissitur, Latini & Graeci ea
carent, ideo substituunt patriam terminationem eis,
sive us longum. Id quod in plurimis faciunt, dicunt
Hebrei **וֹתְרָה** Zor, Syri **وَر** Thor, Graeci **νέφος**, nos Ty-
rus. Ita quoque Syri frequenter **וֹתְרָה** Ieschu quod in
oblio: nisi nos imitamur. In Syriaco testamento scribi-
tur **וֹתְרָה** Ieschagh, ita vt ua in vnam vocalem co-
alesceant: ita Hebreum tserre.. ad modum Graecae vocalis
η pronunciatur, cum vero iota consonans apud eos
non sit, necessario ex Hebreo **וֹתְרָה** le, fit **וֹתְרָה**. Hoc modo
loquendum & nobis est: quin ita locutus est angelus
Syriace: nisi quod Latinus proptius ad Syri & Hebream
dialectum accedimus, dum per i consonantem efferi-
mus, & diffyslabā dictiōnem facimus. Ita locutus He-
breos constat ex Esdra, non solū enim alios, sed ipsum
etiam Ioseph filium. Num vocat **וֹתְרָה** Ieschu. c. 8. 17.

Gratius ex-
sustinet. Cuiusmodi sunt illud in libro de Iesu Christo, cap. 5. 10.
Gratius verbis similitudinibus nominat potius Cyrius, quam ve-
ram originem attendit Catech. i. o. dum ait: *In Ἰησοῦ χα-
λεπῷ Θεονόμῳ, εἰς τὸν σωτηριῶδεν ιησοῦν ἐκών τὴν
πατρόπολιν.* Vere Iesu nominatur, ex salutifica medicina
habens appellationem. Alioquin etiam ille, Iesum Hebreos
Saluatoris significari, nam paulo post ait. *In Ἰησοῦ
χριστῷ καὶ τοῖς διάνυσσοις, οἵτινες Διός καὶ ζωῆς; Χριστὸς τὸ
καταπέπισμα, Iesu Christus vocatur duplice nomine. Iesu qui-
dem propter salvationem, Christus propter sacerdotium. Ac-
commendant tamen aliquando ad suam ιησοῦν, sanatio-
nem, Grac; venit enim medicus ille ad sanandas gen-
tes, quemadmodum sine Gratiorum nomine intelligebatur.*

QUESTIONNAIRE

An à peccatis saluum fecerit populum suum?

§. 1. **V**emadmodum apud Latinos elegans esset
Q uall teratio, si diceret: *Vocabulorum nomen eius Salua-
torem; quia saluum facit;* & apud Graecos σωτήρα, σώτε-
ρα; ita non est dubium in Hebreos siue Syro angelum
eodem verbo esse vsum. Hebreus ita loqueretur; *voca-
bibus eum ψυχὴν τελοθεῖαν;* קִי לְהוֹשָׁבָחַג וּמִתְּמִימָנָה;
בְּזִיהוּרָה וְבְזִיהוּרָה; vbi nulla est nisi duabus litterarum
et iugulis. Verum Syrus interpres vocum affinitatem ne-
glexit; nam pro ψυχὴν τελοθεῖαν verbo posu**תְּמִימָנָה**
תְּמִימָנָה vniuersificauit; quod eundem sensum habet; nam
qui mortui erant peccato, sibi conuiuisficiuit, ut fru-
ctus vita ferrent.

S. 2. Ecclesiastici tractatores tria salutaria dogmata ex his verbis deducunt.

statis solus est vindicta; agimus vero de illo, qui sua auctoritate id agit; non qui commissarii; Christus vero a prophetis nobis describitur, ut qui supremo domino peccata dimittat, atque hoc opponitur pestiferæ eorum doctrinæ, qui Christi diuinitatem negant.

Altetrum est, Christum vnicum & solum esse liberatorem à peccatis, non illa nostris operibus remitti, non victimarum sanguine expiari, non famo proprietatorum fugari, sed hunc esse quo solo interueniente liberetur. Hoc igitur ex loco blasphemia Faulti Socini heres confutatur, qui patrum memoriam Christi meritum, satisfactionemque inficiatus, cum non nisi descendere, & salutem monstrando liberasse nos impie docuit. Quod si verum est, Patriarchæ & Prophetæ, Apostoli, & sinceri Doctores eodem in gradu sunt Salvatores, quo Christus. Imo quidam altiore, ut qui ploribus annis, & grauissimis labiis populum eruditae sunt, & diros cruciarum ferendo veritatem Dei propagnarunt. Occurrit Socinus: Christo primas deberi, ut qui Christus non primus noui aliquid patefecerit, alios delegerit. At vero id & sola doctrina falsum est, & ad questionis solutionem non sufficit. nō saluat, Moses multa noua pater cit, alique Propheta, & Apostoli Ipeangelus, Zchariae, Elisabethæ, Matie, Iosepho ram faulta nuncians non minus esset, quam Christus ipse Salvator. Non est sufficientem hanc expositionem, contextus ipse edocet. Angelus enim in eo est ut doceat: Christum de Spiritu sancto conceptum, vocandumque Iesum, quod liberatus esset populu, quod infirmum erat, si docendo tantum, monstrandoque pietatem, fiduciarum era. Patriarchæ enim & Prophetæ arque adeo Baptista id muneris habuerunt, & tamen non ex Spiritu sancto, sed de viro, & quidem in peccato sunt nati. Si vero dicamus ostensione salutis nos liberatos, ut ait Socinus, omnia mysteria euenterimus, Iesum Christum, ait, duplaci ratione Salvatorem non Socini Salutem dicere posse, dum adhuc sumus in hoc mundo; Vel quia re uator non ipsa esse fecerit, ut nos salutem viam ingressi sumus. Vel, quia per eum Christus ipsum non steterit, quo minus eam ingressi fuerimus. & ea, quæ nostri causa fecit, nobis salutis viam abunde patefecerint. Hoc est profecto viam salutis euertere: Non enim sola Sola ostensione liberatur à peccatis, nec Deo reconciliatio mors non purgatur. Deinde si liberatur, non sicut si liberatur.

cur, nec opus erat, Deum fiti hominem, aut nasci de necessaria
Spiritu sancto, multo minus ut morte sua nos libera- non fuit.
et. Verum Socinus quidem haec ita prae edisterens,
totum Vetus Testamentum, quod spiritum, elidit.
Cur enim prophete Saluatorum nomine non fuerint decorati,
nirum non esse ait; Illi enim salutis eternae, de qua loquimur,
viam non annunciarunt. Quomodo vero: nemo ergo in
veteri Testamento viam salutis annunciauit? Quo-
modo igitur crediderunt: Quomodo salvi facti sunt?
Nonne creditit Abraham Deo, & reputatum est illi
ad iustitiam? Tertium est. Populum à peccatis suis
liberatum esse. Hoc est enim οὐρανός, hoc indicat Syrus,
cum veritatem Nachiuhi, viuiscauit. Liberari à
morbo dicuntur, non illi, in quorum corporibus, do-
